

ab Apostolis ore tradita atque per intermedi-  
os testes conservata, cum humana ratio utpo-  
te in quaestione facti, hoc officio fungi non  
possit.

XLV. Et siquidem ad ipsius S. Scriptu-  
rae textum atque ad primitivae ecclesiae praxin  
recurramus; momenta omni exceptione maio-  
ra de existentia ac usu traditionum ad conser-  
vandam et propagandam religionis notitiam  
deprehendemus.

XLVI. Non obstante memoriae humanae  
imbecillitate, intellectus infirmitate et perversi-  
tate cordis, haec Apostolorum et primitivae  
ecclesiae testimonia ad nostram usque aetatem  
integra constanter permanferunt: immo ob  
praesentiam SPIRITUS SANCTI a Jesu Christo  
promissam nulla unquam corruptio locum est  
habitura.

XLVII. Inter societates christianas tradi-  
tionum divinarum custodes eminent *Ecclesiae  
Apostolicae*, in quibus ex voluntate Jesu et A-  
postolorum conservandae puritati sicut scripta-  
rum, ita etiam traditarum doctrinarum *Epi-  
scopi*